



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

2. An quis teneatur in extrema necessitate dare eleemosynam, non solum  
titulo charitatis, sed etiam lege justiæ? Et an in hoc casu possit quis cogi  
per judicem ad faciendam eleemosynam? Et an in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)



# TRACTATVS SEPTIMVS DE ELEEMOSYNA.

## RESOLVTIO PRIMA.

*Quidam supposito intelligentia dicendorum. Primo, quod indigentia pauperum est triplex, extrema, grauius, & communis. Secundo, quod bona, qua ad subueniendum predictis necessariis erogari possunt, ad tria genera reuocantur posita in §. ultimo huius Resolutionis. Ex p. 3. tract. 8. Rdt. 1.*

**S**ERVONO primò quod indigentia pauperū est triplex, extrema, grauius, & communis. Extrema est, quandoq; quis eis caret, que necessaria sūt simpliciter naturæ; hæc autem non solum consideratur, quando nisi succurratur indigenti, statim, aut citè exhalabit animam, sed cum maiori latitudine, nam si aut vita abbreviabit rerum penuria, aut in grauem & diutinum mortuum incidet, etiam censetur extrema necessitas, vel, ut alij vocant, quasi extrema; extrema vero & quasi extrema in moralibus æquiparantur, in quibus parua differentia, aut distantia nulla sentitur. Porro nonnulli dubitant, an extrema necessitas sūt solum que merè naturaliter, vel etiam que alterius malitia & violentia incurritur; non videtur taliter esse locum dubio, quia quæ alterius malitia obvenit, vera necessitas est & non est voluntaria patiens; sed est maior necessitas, quia cum inopia coniungit iniuria.

2. Grauius indigentia diffiniri solet quando desunt necessaria iuxta decentiam & conditionem status. Sed cum requiratur ad statum & necessaria personæ magnam latitudinem habeant, vt diximus, non omnia quæ necessaria sunt statui, ita vt si non censeatur superflua, efficient grauem necessitatem, & potius tres gradus in his distinguui debent. Primus eorum, sine quibus negotiis est à statu omnino decidere. Secundus eorum, sine quibus licet non decidatur à statu, agè tamen & cum labore ac difficultate conferuantur. Tertius eorum, sine quibus non æquè beud, bene tamen & sufficienter status consistit. Quæ sunt in primo genere, manifestè constitutunt grauem necessitatem, si deficiunt, que autem sunt in tertio genere, nullam necessitatem constituant, quæ sit obiectum eleemosynæ.

3. Etiam qui eis caret, non est pauper; quæ autem sunt in secundo genere, possunt habere latitudinem, uti molestia, labor, & inopia intra proprium statum magna sit & vrgens, grauem necessitatem facit: vt si quis magnis debitis in carcere detineatur, aut sit capitus inter hostes, aut tenui nimis victu & vestitu

vitam transfigat: si autem non sit adeò vrgens, sit tamen alicuius momenti & considerationis, efficit necessitatem communem. Potest etiam contingere vt necessitas, quæ cogit à statu cadere, non sit solum grauius, sed extrema, quod fit quando nisi à statu decidat mendicando, aut seruando, aut artem mechanicam discendo, vitam conferuare non potest. Sunt enim multi, quibus hoc modo mutare statum adeò est indecens, & ignominiosum, vt potius mori malint, & non teneantur vitam conferuare cum isto dispendio, hi extremitate egere censendi sunt.

3. Communis necessitas est, quæ vera indigentia est, & alicuius momenti, (nam si leuissima esset, quasi nulla reputari deberet) & tamen recedit ab extremitate & grauitate præcedentium, talis censetur necessitas eorum, qui mendicant, nam quamvis valde indigeant, & solum posse videantur quæ ad vitæ sustentationem arctè requiruntur, idèo censetur eorum necessitas communis, & non grauius, quia ab omnibus & à multis petunt, & moraliter loquendo, non potest illis deceſſe, quod sufficit pro conditione status; id verò intelligendum est tam de iis, qui publicè, quam qui secretè mendicant, dummodo mendicitationem ex consuetudine exercant. Eadem ratione censetur communis necessitas, quam aliqui etiam non mendicantes intra proprium statum patiuntur, quæ non sit nimis vrgens & grauius, vt modo dicebamus. Hac ergo omnia præ oculis habenda sunt in iudicio de præcepto eleemosynæ, quæ quidem potius prudentis arbitrio in eventibus & circumstantiis discerni poterunt, quam certa & fixa regula comprehendendi. Et hæc omnia docet Lorca in 2. 2. scđ. 4. disputat. 39. num. 1. & num. 8. 9. 10. & alij communiter.

4. Suppono secundò, bona quæ ad subueniendum supradictis necessariis erogari possunt, ad tria genera reuocantur, quædam enim sunt necessaria ad sustentandum vitam propriam, & eorum qui sub nostra degunt cura; alia solum ad statum conferuandum, vt scilicet quæ se gerat prout decet statum suum, & hæc non constituunt in indiuisibili. Postremum, ergo genus bonorum est, quod absolute superfluum appellant, eo quid nec ad naturæ, seu vitæ, nec ad status confertionem necessarium sit. Ita Granadus in 2. 2. controu. 3. tract. 11. dispt. 4. scđ. 1. num. 3. & alij communiter. His suppositis queritur.

## RESOL. II.

*An quis teneatur in extrema necessitate dare eleemosynam, non solum titulo charitatis, sed etiam lege iustitiae?*

Et

N. A.  
n. ia.  
L. IV. V.  
III.

## Tractatus Sextus

276

Et an in hoc casu possit quis cogi per indicem ad faciendum elemosynam?  
Et an in aliquo casu quis teneatur restituere damna, quae ex eius omissione in danda elemosyna sunt sequuta,  
et v.g. qui fame periret, relinquit filios, quibus deberentur opera Patria, &c? Ex patt. 5. tractatu 8.  
Ref. 2.

**S. I.** Afirmatiuam sententiam docent Spino in specul. testam. gloss. 6. num. 8. Nauarra de restituut. l. 3. cap. 1. à num. 344. Alexander de Ales 4 parie, quæst. 11. mem. 1. Caetanus in 2. 2. quæst. 118. art. 5. Sarmiento de reddit. Eccles. part. 3. cap. 1. conclus. Aragonius in 2. 2. q. 32. art. 5. & alij. Vnde D. Thom. in 2. 2. quæst. 118. art. 4. ad 4. docuit esse præceptum legale de eroganda stipre extremè indigenti. Probatur hæc opinio; quia in hoc casu potest quis cogi per indicem ad faciendum elemosynam, quia omne homicidium est contraria iustitiam, ut patet; sed detracatio elemosynæ in extrema necessitate est homicidium, ut patet in cap. pæce, disp. 86. ibi, Quisquis enim pascendo hominem ferire poterat, si non paup. occidisti. ergo, &c. Et idem ex hac sententia, ut obseruat Hurtado de Mendoza ubi infra, sect. 3. §. 31. sequitur teneri quem ad restituenda diuina, quæ eius omissione sunt sequuta, v.g. si quis passus est fame emori alienius seruum, tenetur pretium iustum solvere domino, quia ius illud seruitur in utilitatem domini. Item si ille, qui fame periret, reliquit filios, quibus deberentur opera patris, possunt filii ea exigere à prætermittente elemosynam, & sic in similibus.

2. Verum his non obstantibus contraria sententia tanquam probabilior adhæreo, quam suetor Lorca in 2. 2. sectione 3. disputatione 39. mem. 4. num. 45. Sanchez in opuscul. tomo primo, libro primo, cap. 5. dub. 5. num. 61. Salomius in 2. 2. questione 64. articulo 7. contr. 2. Bannez in 2. 2. questione 32. art. 6. Malderus in 2. 2. questione 32. articulo 6. dub. 3. Azorius tom. 2. lib. 12. cap. 9. quæst. 3. Turrianus tomo primo, in 2. 2. disputatione 82. dub. 3. Sotus de Iustitia, lib. 4. questione 7. articulo 1. ad 4. & lib. 5. questione 3. articulo 4. Bellarmino lib. de elemosyna, cap. 6. in fine. Ludouicus de San Juan in summa, quæst. de elemosyna, articulo 3. dub. 3. difficult. 3. conclus. 2. Coninck disputatione 27. dub. 7. num. 104. Reginaldus tomo primo, libro quartu, cap. 20. num. 264. Gordonus tom. 2. 1. 6. quæst. 14. cap. 5. §. 2. num. 9. Molina tom. 1. tract. 2. disp. 144. Valquez opusc. de elemosyna, cap. 1. num. 37. Suarez de charitate, disp. 7. sect. 6. num. 2. & alij. Vnde Vallalobos in summa, tom. 1. tract. 22. diffic. 2. num. 9. sic ait. [ De lo dicho se infiere, que la persona particular que en este caso no da limosna no está obligado a restituir, porque solo está obligado a darla de caridad, y de misericordia.] Ita ille. Probatur hæc opinio eo quod nullum est idoneum argumentum tam strictæ obligacionis, nam vel tale præceptum dicitur esse positivum & humanum, & nullum tale potest assignari: vel ponitur naturale, & neque hoc dici potest; quod enim dixit Caetanus in extrema necessitate omnia bona esse communia, non sic accependum est, quasi qui bona illa possidet, amittat dominum propter necessitatem alterius, sed solum quod ex charitate & misericordia obligetur ad subveniendum necessitati extrema, propterea necessitas postulauerit, ut in sequentibus explicabimus.

3. Non desinam tamen hic adnotare Hurtadum de Mendoza in 2. 2. disp. 159. sect. 4. §. 36. has pugnantes sententias feedere distinctionis vñire, sic enim ait. De his duabus sententiis sic opinor. Prima est probabi-

lior, quando extende indigens eget pecunia, velle pharmaco, aut alio bono, quod pertinet ad bonorum diuisionem factam iure gentium. Illa enim bona sunt cuiusvis hominis extremitate indigentis, ad quæ habet ius iustitiae, quo iure primari non potuit bonorum diuisione, & in hoc sensu loquuti sunt omnes Doctores, quos adduxi pro prima sententia, cutis auctores grauioris ponderis sunt, quæ secundæ argumentum item de bonorum diuisione multo efficacius. At vero quando proximus indiger nostra industria, non teneatur illam ex iustitia præbere, quia ad eam nunquam ille habuit ius iustitiae, e.g. si hominem occida bestia, ignis, aut aqua, non teneor ego ex iustitia neque cum bestia pugnare, neque ignem extinguere, neque hominem ex vnydis eruere, neque illud periculum monere; teneor tamen ex charitate si ipsum absque proportionatio damno. Neque tunc sum propriè homicida, Sancti enim adducti pro prima sententia loquuntur de negante bona, que diuisione non potuerunt alienari ab extremitate indigentis; improprie autem sum homicida, quia sum immiserior in proximi vitam; hoc autem peccatum non est, nisi in specie immisericordia, non vero in specie homicidij, seu iniustitiae. At vero si per immisericordiam subtraho alimentum, aut alia id genus, peccatum est immisericordia, & iniustitiae simul, iniustitiae, iniquitatis & homicidij, quia causa vitandæ mortis aliena teneor ego erogare bona, quia in eo articulo datum est illi a Deo ius ad illa, quod nunquam datum est ad meas operas, & hæc omnia docet Hurtadus supra.

4. Notandum est tamen hic obiter docere Sarmientum, quem citat & sequitur Turrianus in 2. 2. disp. 3. dub. 3. quod obligatio illa iustitiae si adfert, solum est pro tempore necessitatis ex mente authorum prime opinionis, & idem subsidiaria dicenda crit, id est in subditum occurrentis necessitatis.

### R E S O L . III.

An pauperes in extrema necessitate constituti possint contra diuites implorare Officium iudicis?  
Et an indices possint compellere diuites ad elemosynam faciendum non solum in causa extrema necessitatis sed etiam quoties præceptum adest iure diuino, aut naturali?  
Ex part. 5. tract. 8. Refol. 4.

**S. I.** Ad hanc questionem ita responder Villalobos in sum. tom. 1. tract. 22. diffic. 2. n. 10. [Ad uiertase acerca desto, que es muy probable, que el pobre en caso de extrema necesidad, tiene accion a pedir al rico la limosna ante la justicia, como tienen Caetano, Sarmiento, y Aragon; el fundamento es, porque como todos disen, en extrema necesidad todas las cosas son comunes, y asi como puede uno pedir por justicia que le dejen caminar por el camino, y coger agua del río, y apocuecharse de las demás cosas comunes: lo mismo es aqui, que en caso de extrema necesidad no ay que acudir al derecho humano, sino al natural; entre los juristas es comun, que no tiene accion el pobre en este caso contra el rico. Asi lo dice la Glosa, y otros que refiere Tiruelo, lo qual tambien es probable, porque esta obligacion mas es de caridad, que de justicia. Mas en ambas opiniones es llano, que pueden los pobres implorar el oficio del juez, el qual ha de obligar a los ricos, para que les favorezcan, como disen Caetano, y Aragon por razones del bien comun, y asi se suele hazer en las Republicas]